

imago quaedam quâ quid noscitur, & instrumentum quasi quod-
dam cognitionis. Definitionem quod attinet constat illa Genere
& differentia specifica. Genus est vox σημασίαν seu significativa
vel divina vel hominum σωθῆκη, i. e. institutione, ad quam no-
tam Philosophus c. 2. §. 1. & c. 4. §. 4. digitum intendit.

V. Πόρσιμα. Excluduntur igitur 1. voces ἄσημοι, ut Lindapsus,
lomron, scantin. 2. voces naturaliter significantes tanquam
organapbyfica nō autem δεικνὰ, quæ proximā propensionem mo-
tumq; nature manifestant, ut gemitus, suspiria. Itemq; voces
brutorum, ut balare, blaterare, gannire, quæ apud Philosophum
c. 2. §. 3. ψόφων ἀρραμμάτων seu φωνῶν ἀἀρθῶν vocum in-
articulatarum nomine veniunt.

VI. Differentia est duplex. Prior nomen à Verbo, posterior ab
Oratione discriminat. A Verbo nomen discernitur, cum illud
ἡγεσσημαίνδ χρόνον, ad significet tempus, hoc αἰδ χρόνος. Nec ob-
stant nomina, quæ tempus significare videntur, ut dies, mensis, an-
nus, hoc enim fit αὐλόθεν seu formaliter: aliud verò est ἡγεσση-
μαίνδ χρόνον, i. e. præter principalem significatum trahere se-
cum temporis presentis, præteriti aut futuri differentiam, ita ut
actio vel passio alicujus rei certo tempore accidisse indicetur, quod
propriè sibi Verbum vindicat. 2. Ab Oratione separatur nomen,
quia illius μέγθ κωχωρισμένον separatim significat: Nominis au-
tem pars μηδεν εστ κωχωρισμένον nihil separatim significat, i. e.
nulla pars Nominis significat aliquid illius conceptus cu-
jus est nomen. V. g. Prudens tunc dens posterior syllaba signi-
ficat quidem membrum corporis animalis, sed hæc significatio ni-
hil ad prudentem facit.

VII. Definitionem Nominis excipit divisio. Est autem Nomen
aliud ἡγεσμένον finitum, aliud ἀόριστον infinitum. Finitum
est, quod rem certam & determinatam significat. Ab inter-
pretibus vocatur ἀδοπείον specificans, propterea quod certum
Entis conceptum intellectui subjiciat & representet, vocesq;
ambiguas excludat.

VIII. Infinitum nomen est, quod rem quamlibet, præter eam, cujus
nomini particula negandi præfixa est, denotat. Ari-